



Universitätsbibliothek Paderborn

Antidota Evangelica Contra Horvm Temporvm Hæreses

In Qvibus Quatuor Euangeliorum illi textus explicantur, quibus vel hæretici hodie (maximè Calvinus & Beza) ad sua dogmata propugnanda vti solent, vel ad hæreticorum dogmata impugnanda Catholici vti possunt

Stapleton, Thomas

Lvgdvni, 1595

15. Circuitis mare & aridum vt faciatis vnum proselytum; & cùm factus fuerit, facitis eum filium gehennæ duplo quàm vos.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39463

Joan. 21. insultet Christo, qui Petro dixit, *Palce oues meas*, & in vna
Cyprian. in *Petri Cathedra vnam Ecclesiam suam monstrauit*, & omni-
lib. de vni- bus hactenus Christianis probrosè & impiè illudat, qui à
tate Ecclē. rot iam seculis huius Sedis Apostolicæ primatum constanter
& vnanimiter agnouerunt. Quomodo autem intelligenda
sunt illa Christi verba, *Qui maior est vestrum, minister vester erit*,
suprà ad Matth. cap. 20. explicatum à nobis est, vbi eadem doctrina
à Christo latius tradita, à Caluino quoque corumpitur & impugnatur.

15. *Circuitis mare & aridum vt faciatis vnum proselytum; & cum factus fuerit, facitis eum filium gehennæ duplo quàm vos.*

Maledictus
Caluini
calamus.

Torquet hunc locum Caluinus contra Monachos, quos ait sedulo vndique proselytos corradere, sed quos ex alienis & impura vita hominibus reddant profus diabolos. Maledictum hoc est è triuio arreptum, & panico hæretici hominis furore dignum. Cæterum res ipsa omnium oculis exposita loquatur, non multo verius in nostri temporis hæreticos hæc verba quadrent. Audiamus hac de re proprias ipsorum confessiones, ne simulatis aut alienis eos criminationibus grauare videamur. Lutherus ad nouum suum Euangelium corrasit quos potuit. Quales illi accepta Lutheri doctrina euaserint, ipse loquatur Lutherus. *Mundus* (inquit)

Protestan- *indies fit deterior. Sunt enim homines magis vindicta cupidi,*
tium im- *magis auari, magis ab omni misericordia remoti, magis im-*
puritas re- *modesti, & indisciplinati, multoque deteriores quàm fuerunt*
ste Luthero *in Papatu.* Hæc ille. Accedat alius & primarius Lutheri
Dom. 1. *nae sectæ Magister, Musculus. Ita nunc sunt* (inquit) *res Lu-*
Aduentus *theranorum, vt si quem magnum numerum nebulonum, pradi-*
in ostilla *num vltorum, impostorum, feneratorum, atque id genus vete-*
domestica *ratorum videre iuuet, is in ciuitatem, in qua Euangelium docet-*
Musculi *tur, introeat: plurimos nimirum illo in loco inuenerit. Et pau-*
de eodem *lò post. Verum est certè, siue inter ethnicos, siue Iudeos, siue*
testimo- *Turcas, aliisque infideles nullos inueniri magis effrenes, &*
nium. *apud quos minori in pretio sit honestum, atque virtutes, quibus*
In lib. de *adeo omnia culpa vacant aut nihil propemodum vitio datum,*
Propheta *quàm apud Euangelicos, apud quos omnia vincula Damon*
Christi. *excussit.* Hæc ille. Adiciamus nunc recentiores Euangelicos,
qui nos ipsi edoceant, quales eorum proselyti sub noui
Euangelij professione euaserint. Prodierunt anno 1574
Tubingæ

Tubingæ excusæ Conciones de Planetis auctore Iacobo Andrea, siue de vitiis & capitalibus peccatis, tunc in Germania apud ipsos Euangelicos regnantibus. In eo libro post alia multa ita legimus. *Alia Germanorum pars permittit quidem ut predicetur verbum Dei, verum nulla subsequitur emendatio, sed dissoluta, epicurea, & belluina vita, in comessationibus, symposiis, auaritia, superbia, nominis diuini blasphemia. Atque hic non minus quàm Papiſta in sua idololatria redargui non sustinent. Grauis & Christiana modestia ac disciplina quam Deus verbo suo tam grauiſſe præcepit, & à Christianis requirit, tam illis dura videtur, ut ad eam opere complendam nouus sit Papatuſ nouiſque monachiſmus oporteat. Didicimus (inquiunt illi) nos per ſolam fidem in Ieſum Chriſtum ſaluos fieri, qui morte ſua omnia noſtra peccata expiuit, nec poterimus noſtro ieiunio, eleemoſyna, oratione, aliſve operibus pro eiſdem ſatiſfacere. Miſſam igitur faciatis operum horum inculcationem: facile ſiquidem poſſumus per Chriſtum ſalui fieri, omnemq; ſiduciam in ſola Dei gratia & Chriſti merito collocamus. Atque ut vniuerſus orbis videat eos à Papatu alienos, nec in operibus ſpem ponere, idcirco nihil bonorum operum faciunt, locòq; ieiunij comellantur & inebriantur totos dies ac noctes: pro eleemoſynis pauperes expilant & deglubunt, pro oratione execrantur & blaſphemant nomen Domini uſq; adeo profanè, ut ne Turce quidem & Sarraceni tantam in Chriſtum impietatem designent. Pro humilitate regnat ſuperbia, faſtus, ferocia, luxus veſtimentorum, &c. Hac omnia Euangelij prætextu defenduntur, & nihilominus perſuadent ſibi homines inſeliciffimi ſinceram ſe habere fidem erga Deum in cordibus ſuis, ſe Deum habere propitium, ſe meliores idololatriſ & apoſtatiſ Papiſtiſ. Hac illæ cõciones, multòq; plura, nihil nouum loquuntur quod non omniũ oculis incurrat, qui cum Euangelicis ſeu Lutheranis ſeu Caluiniftis conuerſantur. Sed ſatiùs duxi, ex tabulis potiùs conſignatis cum illis agere, quàm (ut Caluinus hãc facit) publici accuſatoris perſonam gerere. Quod autem ipſi de ſeiſſis Lutheranis conqueſti ſunt, hoc tam Lutheranis quàm Caluiniftis acerbè obicit Anabaptiſtarum Doctor non iucelebris Menno Simonius hiſ verbis. *Hac diſſoluta doctrina (nempe, ſolam fidem ſine bonis operibus ſaluare) effrenem & rudem populum, maiores & minores, ciues & plebem aliquam ad tam diſſolutam & belluinam viuendi rationem induxerunt, iſq; frenum ita laxarũt, ut tam impiam & abominabilem vitam inter Turcas & Tartaros**

Iacobi Andrea testi-
monium de
eodem.

Sola fides
quid pro-
teſtantes
docuerit.

In lib. de
vera Chri-
ſtiana fi-
de, tit. de
fide Lu-
theran.

In lib. *Fun* inueniri non putem, qualem inter istos videre licet. Hæc ille
damerum, de Lutheranis solis. Alio in libro tam Sacramentarios quam
ditio tit. Lutheranos ita depingit. Scio verè (inquit) quòd sunt extra
de doctrina Christi Spiritum, missionem, & verbum, & quòd in doctrina
cõcionato- sua, & actionibus, hominum fauorem, honorem, superbiam, red-
rum. ditus, splendidas domos, & iucundam ac voluptatibus affluen-
Sacramen- tem vitam non minus quarunt quàm Papiæ. Et paulo post
tariorum utramque sectam alloquens: Vos ipsi (inquit) i) estis qui disso-
pietas. lutam carnalèmq; vitam ducitis, qui Christum crucifigitis ier-
In lib. de rum, qui blasphematis Spiritum eius, & gratiam eius contem-
Christiana prui habetis. Hæc ille. Tandem de ipsis Sacramentariorum
fide, tit. de & Lutheranorum concionatoribus ita scribit. Cùm ad concio-
fide Cana- natores eos peruenitur, qui se gloriantur habere Dei verbum,
nea mulie- quosdam manifestè ac aperte mendaces, quosdam ebriosos, quos-
74. dam vsuarios & maledicos conuitatores, quosdam persecuto-
 res & proditores innocentum esse deprehendes. Quomodo etiam
 illorum quidam se gerant, & qua ratione uxores suas consecui
 sint, quales etiam uxores habeant, id ego Domino atque ipsis
 etiam committo. Vitam quietam, otiosam, desidem, & iucun-
 dam ducunt. Seductionibus & adulatoribus sese alunt de rapi-
 nis Antichristi, & raniùm concionantur quantum terrenus &
 carnalis magistratus ferre atque audire vult. Hæc ille & alia
 adhuc infinita de vtriusque huius sectæ hominibus. Non sunt
 hæc è triuis arrepta conuitia, sed ex ipsis nouis huius Euan-
 gelij magistris (Euangelium quippe hoc nouum quælibet si-
 bi secta vendit) literis ac monumentis consignata testimo-
 nia. Plura hæc de re alibi dicendi locus dabitur, vbi similem
 hanc scabiem tangendi occasionem Calvinus dabit.

19. *Stulti & cæci. Quid enim maius est, donum, an
 altare quod sanctificat donum?*

Hanc Pharisæicam superstitionem & impietatem, qua
 ex auaritia & rapacitatis tulio res oblatas, quarum par-
 ticipes fiebant, ipsi templo & altari præponebant, tanquam
 superstitionem in populo causam, quæ ab ipso Deo eiusque
 cultu homines auocarent, à Christo hoc loco reprehendi; &
 in hac reprehensione Christi intemum præcipuè consisteret;
 atque in eadem superstitiones Catholicam hodie Ecclesiam
 fœdè prolapsam esse; declamatur hoc loco Calvinus. Sed tam
 in ipso præsentis disputationis scopo aberrat, quàm impiè
 Christi sponsam exagitat. *Hoc delirium* (ait Calvinus) quòd
 plus